Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

uirtutum exemplis, discipline et per-
fectionis auctoribus, quamuis hoc non
mirandum sit in aliquibus quos in alta
ex antiqua nobilitate uirtus seculi
obscuros circa deum esse non permi-
sit aut ignobiles, quorum patres
longe lateque dudum nominis sui
in fines terrarum sub ydolatria dif-
fudissent amplitudinem. Quorum
antiquissima illa aniciorum et scipio-
num nobilitas talem quandoque de-
buit propagare cui iam geminis
successione quo nobilem et stre-
nuum parentum in seculo celsitudi-
nem altiori secundum deum et longe in-
comparabili commendaret amplitu-
dine, immo que ita uinceret seculum
sicut illi totum armis et sapiencia
orbem domuerit. Vita Alexii confessoris.

Talis nimirum
beatus alexius al-
tissima ut dictum
est scipionum et a-
niciorum prosapia o-
riundus, quantum
carne nobilis-
tantum spiritu generosus
et omnium appa-
ruit uirtutum decore mirabilis.
Cuius pater eufemianus regis theodo-
sii temporibus insignissimus fuit, cui-
us eciam filium honorium ipse cum fratre
arsenio de sacro fonte suscepit,
qui arsenius abdicatis postmodum
secularibus pompis in extremis sci-
thie finibus per multos annos uitam
heremiticam duxit. Hic ergo ami-
cissimus imperatori eufemianus et
nulli romane diuiciis aut honore
secundus, cum seculi licet actibus deditus,
deo tamen ante omnia deuotus exi-
steret, uxorem ab imperatore et senatu
ducere coactus fuit. quam dei timore
et causa dilecte successionis accep-
tam per multos habuit annos, nec
filium de ipsa genuit, deo ipsa ob-
seruante ad miraculum, diu quod
natura negarat, postmodum gratia
concederet. Erat nomine agla-
hem cuiusdam iohannis summi quondam
satrape filiam, cui non minor quam
uirum commendaret religio. ita super
hoc spiritus sanctus edocuit, ut a uiro postu-
laret licenciam uacandi orationibus
uigiliis ieiuniis et elemosinis, ne
deus ipsam priuaret fructu uen-
tris sui, cum uterum tanta clientum
multitudo tanta familie et pos-
sessionum expectaret amplitudo.
Ibant famuli uestiti auro et seri-
cis, clari et spectabiles domus sue
dispensatores, cuncti cingulis gem-
matis et inauratis incedebant.
numerosi erant et incliti mense
sue dapiferi, et pincerne cubicula-
rii quoque. expectabant autem omnes
heredem domino suo nasci, spem scilicet succes-
sorem honoris et diuiciarum et fami-
lie quandoque futurum. Statuit com-
munes super hoc orationes cum uxore
et familia uenerabilis heros, elemo-
sinis uacat et ieiuniis. nullus eius
solutus cultus in habitu uenerandam
grauitatis. hostiam se deo aliquandiu
cum cordis contricione mactabant.
Postmodum in breui concepit a-
glahes et filium cum gaudio multo-
rum precipue suorum genuit. quem
papa siricius baptizauit, et ipse
de baptismo leuauit. ponens ei